

Aduertentias para

ce insignis Frater Thoribius Motolinia, lib.  
2. de Ritibus, & conuersione Indorum cap.  
12. ubi refert quendam Ministrum doctum  
& varia [ut sibi videbat] scientiarum su-  
pelleatile ornatum, tantum id fecisse, & ali-  
um nullum. Modus autem quem Fratres  
Minores primi portatores Euangelij in ad-  
ministrando Baptismi Sacramento obser-  
uarunt, is fuit. Primo enim docebant adul-  
tos, & infide Catholica instruebant, iuxta Do-  
minicum preceptum: Euntes docete omnes  
gentes Baptizantes eos in nomine Patris,  
& Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos  
seruare omnia quecunq; mandaui vobis.  
Deinde constitutis per ordinem Baptizan-  
dis, in primo ordine erant pueri ex quibus  
super duos, vel tres consuetus Ecclesiastice  
Ceremonie conficiebantur: nam Crucis sa-  
lutiferę signo tam in fronte ḡ; in corde mu-  
niebantur & in suffabantur: mox sal, saliuia,  
capillum, & candela duabus vel tribus pro  
omnibus utriusq; sexus Baptizandis appo-  
nebatur, quibus suo ordine, & loco peractis  
omnes sigillatim Baptizabant, non tamen  
simul neq; Hisopo, super eos aquam af-  
pergendo, Oleo vero sancto peccatus, & scapu-

las &